

## 2004 TSJCL SIGHT RECITATION

### Level I and 1/2

**Aeneas and the Trojans attack the city of King Latinus.**

Mox Trōiānī moenia ascendēbant et portās oppugnābant.  
Nōn solum hastae sed etiam taedae in urbem iaciēbantur.  
Magnus erat terror cīvium; urbs et domicilia eōrum dēlēbantur.

“Ubi est Turnus?” clāmāvit rēgīna Amāta, maximē furōre  
agitāta. “Urbs nostra vincitur. Turnus solum nōs servābit; sine eō  
superābimur. Sum causa calamitātis; nōn iam vīvere dēbeō.”

Statim Amāta sē interfēcit. Propter mortem rēgīnae cīvēs  
multīs cum lacrimīs dolēbant. Clamōre audītō, Turnus ad urbem  
fūmō flammisque cēlātam properāvit. Undique mīlitēs ab aliīs  
mīlitibus interficiēbantur.

“Ō Rutulī et Latīnī!” Turnus clāmāvit, “solum Aenēam in  
certāmine petō.”